





W. 2. 36.





Mein Stübchen Halle.







PROCANCELLARIVS  
D. HENRICVS GOTTFRIEDVS  
B A V E R

ORDINARIVS  
SVM MOS

IN VTROQVE IVRE HONORES 32

CANDIDATO NOBILISSIMO

CAROLO AVGVSTO  
GOTTSCHALK

LEISSNIGENSI

CAVSARVM PATRONO DRES DAN.

D. XXIX. APRIL. A. G. MDCCC.

IN AVDITORIO ICTORVM

TRIBVENDOS INDICIT.

---

*Praefatus Respons. CVIII. ac CIX.*

De solutis in concursu forti inprimis inputandis, et  
De collateralis masculo filiae in feudo promiscuae successio-  
nis postponendo.



PROVINCCELLARIVS  
D. HENRICVS GOTTFRIDVS  
B A V E R  
ORDINARIVS  
SVMMO  
IN VTRIQVE IVRE HONORE  
CANDIDATO IDELLISSIMO  
CAROLO AVGVSTO  
GOTTSCALK  
BRESLAVIENSIS  
CAVSARVM PATRONO BRESLAN.  
D. XVI. APRIL. A. MDCCCLII  
IN AVDTORIO ICTORVM  
PUBLVCO

Erhalten durch die  
Bibliothek der Universität  
Sachsen-Anhalt  
Halle






RESPONS. CVIII.

*Exorto concursu creditori priuilegiato partialiter solutum  
forti inprimis imputandum est.*

**A**b VLPIANO in *l. 1. et 5. §. 2. seq. d. Solur.* docemur, ab ejus, qui ex pluribus causis debeat, arbitrio pendere, si soluat, in quale debitum solutum esse velit, nec non, si ex debito simul vsurae debeantur, solutum in vsuras, et quatenus has excedat, hoc demum in sortem imputandum esse, etiam si conuenerit, ut partim forti, partim vsuris imputetur. Huic juri in debitore locuplete insistendum esse, nemo dubitat.

Num vero idem in concursu creditorum obtineat, magna dubitatio. HOMMEL. in *Rhaps. Obseru. DCXXXIX.* CARPZ. BERGERO et MENCKENIO stipatus, solutum forti inprimis detrahendum esse ait. Quod verissimum agnosco, simulque





persuasum habeo, non aequitatem solum, ad quam HOMMEL: prouocat, hanc sententiam commendare, sed nec juris argumenta deesse, quibus eam tueri valeamus.

Qui nobis aduersantur, his vel vtuntur, vel uti possunt, rationibus, vt dicant, neminem, si non ita conuenerit, adigi posse, vt partem debiti accipiat, *l. 41. §. 1. d. vsur.* solutamque et acceptam debiti partem sic esse accipiendam, vt vsurae debitae deleantur et superfluum sortem imminuat, *d. l. 5. §. 2. d. Solut.* Has esse regulas. Primam in debitore obaerato partim ex necessitate, partim ex lege, quippe *§. fin. Ord. Proc. Sax. Rec. Tit. XLI.* pati exceptionem. Quam vt in altera admittamus, nec legem, nec juris rationem exigere. Solis priuilegiatis vsuras cum sorte in eadem classe tribui, fauoremque inter creditores ex priuilegiorum ordine metiendum, nec sequiori quicquam tribuendum esse, quod priori noceat.

Ad haec vero sic respondeo. Vnius commodo anteponenda esse, quae profunt omnibus. Inde vniuersitas creditorum contra singulos, non hi contra illam restituntur. Vt vel inter restitutionis capaces magis faueant leges damnum passis, quam lucri capiendi studiosis. Idemque in concursu creditorum creauit praeceptum, lege iudiciaria Saxonum antiqua *Tit. l. §. 2.* confirmatum, vt sortes prius, et post has demum vsurae



rae percipiuntur. Quod quanquam in creditoribus vel singulari privilegio, vel certe pignoris jure gaudentibus quodammodo fallit, non eo usque officio suo destituendum est, ut simul noui et majoris lucri cum reliquorum periculo capiendi nascatur occasio, ut potius, quam minime his perniciosum est, eo uti jure compellantur, adeoque secundum negotii subiecti naturam sortem prius, et, hac demum extincta, vsuras, quibus ex mora nihil accrescit, capiant.

Hanc interpretandi, et leges secum inuicem pugnare visas conciliandi rationem analogiae juris et Llatōris Saxonici menti mirifice conuenire, praeter ea, quae attuli, per se, si quid video, thema probandum exhaurientia, nec alia defunt, quae confirmet. Aequiorem enim et benigniorem sententiam, qualis haec per se claret, in rebus dubiis praeferre jus praecipit, *l. 18. l. 25. d. LL. l. 56. l. 90. d. R. I.* idque inter plures creditores in primis efficiendum esse, innuit *Lex. Indic. Sax. Tit. L. §. 3.* ne alter cum alterius damno locupletior fiat. Quam ob rem, quo tempore intereram Senatui Prouocart. gauisus sum, eandem sententiam perillustre hoc collegium amplexum fuisse, quam nos, profecto non cerebrinam, sequendam esse, rati sumus, et adhuc sequimur.



Idemque his diebus Praefecto Plaiensi in causa concursus H. P. d. R. actricis C. C. W. aduersus C. F. d. T. significavimus his verbis: *Die weil Beklagtem die zu fordern gebabte Summe der 800 rthlr. in Ducaten, jedes Stück 2 rthlr. 18 gr. gerechnet, zugesprochen, in den abschläglichen geleisteten Zahlungen aber ihnen der Werth von 2 rthlr. 20 gr. beygelegt worden, so ist es bey der gesehebenen Erhöhung vorgedachten Hauptstammes auf 824 rthlr. 4 gr. zu lassen. Und da hiernächst die Rechte diejenigen, welche Verlust abzutehnen suchen, vor denen, die sich zu bereichern bemühet sind, und eben deswegen, wie besonders deutlich aus der Churf. Pr. Ordn. Tit. 50. §. 3. hervor gehet, im Concurs - Prozesse die Hauptstämme vor den Zinnsen begünstigen; Aus gleicher Ursache aber auch das Interesse der nachstehenden Gläubiger, um größern Nachtheile und längerer Zurücksetzung zu entgehen, es erfordert, daß man von der in der 1. §. 2. d. Solutt. enthaltenen Regel abweiche, und mit der in der Concurs - Masse vorhandenen Baarschaft den an der Perception stehenden Gläubiger zuvörderst das Capital um stärkeres Zinns Aufschwellen zu vermeiden, zurückzahle, und wie es alsdenn thunlich, den Zinns Rückstand abführe; Beklagte aber die Richtigkeit der als abschläglich bezahlt in der Berechnung sub D fol. 161. ff. Vol. VI. aufgeführten Posten, jemehr sich solche aus den angezogenen Akten Stellen bewähren. nicht bezweifeln können;*



nen; Diesennach, daß sie in der That 166 rthlr. 7 gr. 6 Pf. mehr, als ihnen zugekommen, erhalten haben, die Ausrechnung zu erkennen giebt: So sind, da Klägere unterm 13ten Jan. 1790. mitbin innerhalb der dem Creditwesen zu Erlangung der restitution zuständigen vierjährigen Frist widersprochen, und Ersatz gefordert. Beklagte nurgedachte Summe der 166 rthlr. 7 Gr. 6 Pf. nebst Zinsen vom 5ten März 1787. als der Empfangszeit an zurück gerechnet, zur Concursmasse zu erstatten schuldig. Dagegen in Erwägung, daß letzteren in Ansehung des sich zugerechneten Agio beyzupflichten, und überdem eine zweifelbaste Rechtsfrage vorhanden gewesen, die aufgewandten Prozeßkosten gegen einander billig aufgehoben werden. W. R. W.

Und diese zu Erstattung obgedachter 166 rthlr. verurtheilte, deren Erblassers ursprüngliche Anforderung in 800 rthlr. bestand, wollten noch über 100 rthlr. zu fordern haben. Könnte man wohl einen auffallendern Beweis der Unbilligkeit und Härte der gegenseitigen Meinung haben.

RESPONS.



RESPONS. CIX.

*Collaterales masculi in feudo promiscuae successionis filiabus communi et Saxonico jure postponendi.*

Controuersia inprimis illustris est, foeminarum successio in feudo promiscuae successionis regulari sitne omnino, an cum limitatione, subsidiaria. GEORG. ADAM. STRVV. quem inprimis in hac jurisscientiae parte magni facio, in *Synagm. Iur. Feud. Cap. IX. §. 8. in not. num. 9.* id agit, vt probet, mare in primi acquirentis gente superstite, mulierem a beneficiaria successione arcendam esse. Ad quem hujus rei causa prouocat *II. Feud. XVII.* huic sententiae aperte patrocinator, siquidem fratris filium filiae vassalli in feudo praefert, cujus inuestituram primo vtriusque abauus acceperit. Simul tamen confitetur, super hac quaestione inter sapientes acriter fuisse disputatum, tandemque sententiam fratri proficuum obtinuisse. Idem confirmat titulus *II. Feud. LI. §. similiter* siquidem Gerardum fratris

et




et Obertum filiae causam agentem nominat, ipsam rem in medio relinquit.

Qui vero Struuium praeteriisse videtur, *II. Feud. XI.* non minus dilucide filiabus patrocinator, dum post eas demum fratres ad successionem in feudo, utriusque sexui debito, vel concessio, vocat. Quas si inuicem leges committimus, hoc prodit, utriusque sententiae insistendum sit, *ICris Mediolanensibus* non constituisse, aliis hanc, illam aliis sententiam amplexis.

Ex quo, si quid video, consequitur, eligendam esse, quae juris rationi magis conuenire videatur. Et quanquam haec est feudorum natura, ut filios, non filias, ad successionem admittant, id profecto non minus requirit, ut, si ad successionem habilis inter descendentes reperiatur, ad collaterales ea non transcat. Igitur, quemadmodum in feudo foeminino sexus praesentia fratrem, contra filiam successionis ordo, quem linealem propinquitatem dicere solent, commendat. Ut quaerendum sit, quale argumentum fortius esse videatur. Dominus directus admissio utroque sexu tacite declarat, mas an foemina feudum habeat, sua non interesse. Vassallus vero, liberis suis utriusque sexus, iisdemque haeredibus legitimis magis, quam fratribus, fauere existimandus est. Accedit, beneficia, quorum genere feuda comprehenduntur, esse latissimae interpretationis.





*c. 6. X. d. Donatt.* Quam ob rem persuasum habeo, in hoc proprietatum feudaliū conflictu filiae, non fratri, patrocinandū esse.

Quod in Germania, Saxonia potissimum, ne dubium quidem videri potest. Haec enim successionem, quam inuestitura operatur, diuisione amissam, per simultaneam inuestituram conseruari sic patitur, vt eam nactus, deficiente demum, quem principalis inuestitura comprehendit, (haec vero, si feudum foemininum est, non respuit filias,) ad feudi possessionem admittatur. Ex quo naturaliter consequitur, de feudo promiscuae successionis simul inuestitum litem facere filiabus non posse, etiam si inter plures talismodi inuestiturae participes factos proximus agnatus ex adiecta pacti lege reliquos superet.


Quibus rationibus permoti nuperrime ad eiusmodi quaestionem nobis propositam respondere non dubitauimus his verbis: *Ob nun wohl bewährte Rechtslehrer den in Kunckellehnen den männlichen Decendenten gebührenden Vorzug so weit ausdehnen, daß sie ihnen, wenn sie auch noch so weit in der Verwandtschaft vom ersten Lebnguths-Erwerber abstehen, vor den von selbigen zunächst abstammenden weiblichen Abkömmlingen die Succession zueignen, s. STRVV. Syntag. Iur. Feudal. Cap. IX. §. 8. in not. num. 9. unter Beziehung auf II. Feud. XVII. u. LI. §. similitur etc. welche diese Meinung begünstigen. Wannenhero, da sogar*



sogar A. v. S. eben sowohl ein Abkömmling F. C. A. v. Sch. ist, als E. F. P. v. Sch. Töchter, wenn deren geboren werden sollten, es seyn würden, daß jenem auch auf den bey dieser Frage untergelegten Fall die Succession gebühren werde, es den Anschein gewinnt :

Dennoch aber und dieweil auch nach gemeinen Lehn-Rechten andere Rechtslehrer der Meinung sind, daß der Vorzug des männlichen Geschlechts bey feudis promiscuae successiois sich dahin einschränke, wenn der masculus eben sowohl als die foemina ein Abkömmling des letzten Guts-Besitzers ist, dagegen der Vetter die Tochter nicht verdrängen könne, s. SIEGELN in Principp. Iur. Feudal. Cap. XII. §. 10. welche Meinung auch II. Feudal. XI. offenbar Unterstützung findet, und mit den Gegenseits angezogenen Gesetzstellen unter der natürlichen Voraussetzung, wenn beyde Prätendenten verschiedenen Geschlechts in einer Linie enthalten sind, leicht zu vereinbaren; nach Sächsischen Rechten aber die Sache keinem Zweifel unterworfen ist: Anerwogen nach selbigen die Lehnfolge ausser der dazu fähigen Descendenz allein auf der Mitbelehnenschaft beruhet, wie denn auch, daß selbige A. v. S. angezogen, zu ersehen. Diese aber nicht eber, als wenn keine in der Hauptlehn enthaltene Person (welche allhier, da sie E. F. P. v. Sch. empfangen, zugleich dessen Töchter begreiffet) vorhanden, zur





Succession *berechtiget*, v. IOH. GODOFR. BAVER in Progr  
d. comm. Sax. man. in feud. haered. et alienab. §. 16. quae pro-  
stat in Opuscc. Tom. II. pag. 348 sq.

*So kann A. v. S. des v. Sch. Töchtern die Succession in  
ihres Vaters Güthern nicht streitig machen. W. R. W.*

Sufficiat, has obseruationes praemisisse Panegyri, quae in-  
stat candidato dignitatis Doctoralis dignissimo,

CAROLO AVGVSTO GOTTSCHALK

qui vitae adhuc in litteris transactae hanc nobis narratiunculam  
exhibuit

Natus sum Leisnigii, ineunte anno hujus seculi sep-  
tuagesimo septimo, patre, quem praematura morte mihi  
ereptum lugeo, IOANNE CHRISTIANO, qui munere  
publicorum tributorum receptoris in praefectura Leisni-  
genfi functus est, matre adhuc superstiti CHRISTIANA  
FRIDERICA e gente KVNZIA. Quorum parentum  
optimorum pietas et beniuolentia in me fuit tanta, vt a  
tenera jam aetate me priuatae b. BODENII, olim Re-  
ctoris



etoris scholae Leisnigenfis, trāderent disciplinae, cui  
 quantum debeam, haud possum edicere. Qui cum lit-  
 terarum amorem in puerili pectore accendisset, anno  
 hujus seculi nonagesimo scholam, quae Portae viget, Ele-  
 ctoralem adii, vbi per quinquennium BARTHIO, HIL-  
 DEBRANDO et SCHMIEDERO, probis omnino vi-  
 ris, quos, dum viuerent, omnes boni amabant, mortuos  
 autem valde defiderant, nec non WEISKIO, FLEISCH-  
 MANNO, et ejus singularem erga me fauorem vt pub-  
 licae praedicem, pietas flagitat, SCHMIDTIO praecep-  
 toribus vsus sum, maximopere mihi venerandis. Per  
 breue temporis spatium HEIMBACHII quoque scholis,  
 e quibus perinde ac ex aliis vberimos fructus percepi,  
 interesse mihi licuit. Vt vero altioribus literis imbuerer,  
 in hanc literarum vniuersitatem anno hujus seculi nona-  
 gesimo quinto me contuli, alboque ciuium Academico-  
 rum BECKIO tunc temporis Rectore Magnifico inseri-



ptus sum. Ibi autem in philosophia CAESAREM et PLATNERVM, in matheſi HINDENBURGIUM et RVEDIGERVM, in jure naturali TILLINGIUM, et in hiſtoria BECKIUM et WIELANDVM praeceptores naetus ſum. In jure ciuili, germanico et ſaxonico ſecutus ſum HAVBOLDVM et STOCKMANNVM, patronos ſumma pietate a me colendos, qui me quoque juris Romani hiſtoriam et antiquitates docuere. In jure clientelari praeceptores habui RAVIUM, et BIENERVM, et in jure criminali ERHARDI ſcholis interfui. Iuris pontificii praecepta mihi tradidit HVEBNERVS, qui ſingulari ſemper me amplexus eſt beniuolentia, et ordinem iudicarium in foris Saxoniceis percepi ex praelectionibus EINERTI, quem etiam in arte exactis iudicialibus referendi ducem mihi contigiſſe impenſe laetor. Eandem artem poſtea mecum communicauit IVNGHANSIUS. Denique HVEBNERO, qui pro-

poſitis



positis ex jure ciuili quaestionibus auditorum ingenia exercuit, nec non **TILLINGIO** et **STOCKMANNO**, quorum auspiciis artis disputandi principiis imbutus sum, omnia fere me debere gratissimo animo profiteor. Quamquam vero studiorum meorum rationi inopia, patris praematura morte adaueta, magnum intulisset impedimentum, hocce tamen onus non principis solum Serenissimi gratia, sed et insignis munificentia Viri Perillustri **L. B. DE FRIESE**, Ser. El. Sax. Cubicularii, Nobilis primi ordinis, nec non Amplissimi Senatus Lipsiensis et Leisnigenfis quam maxime mihi leuauit; quorum beneficiorum in me indignum collatorum memoriam me nunquam ex animo depositurum esse polliceor. Transacto sic litterarum curriculo, ac disputatione anno hujus seculi nonagesimo octauo Praefide **STOCKMANNO** super thesibus quibusdam e jure dubio depromptis publice habita, ab Illustri Ictorum Ordine petii, vt examini pro  
candi-





candidatura me subiceret. Quod cum feliciter subiissem, studiis meis ab iis, quorum jus est suffragii, non penitus improbatis, prima in iure laurea ornatus sum. Eritis paulo post specimenibus ex actis a praefecto Leisnigensi iussu Ser. Principis mecum communicatis, adiutum ad munus eorum, qui causis in foro orandis operam nauant, mihi parauit. Sed neglectae profecto pietatis criminis reus forem, si Auunculo maximopere venerando, KVNZIO, qui Serenissimo Principi a consiliis est in collegio, quod vectigalibus publicis praest, supremo, pro singulari et eximia liberalitate, qua me miserum a teneris ingenti beneficiorum copia cumulauit, gratias habere maximas omitterem, aut reuerentiae adfectum vlllo vnquam tempore deponerem. Tot enim hujus patroni, ejus paterno erga me amori, omnia, quae possum, adcepta fero, in me merita exstant, vt ingratus viderer, si horum beneficiorum recensum dare, aut copiam disse-



differendo assequi me posse crediderim. Iam nihil habeo, quod vehementius optem, quam ut D. O. Fautorem Indulgentissimum diutissime incolumem conferuet, cunctis humanae felicitatis bonis adauctum, eumque tranquillam senectutem ad seros annos transmittere jubeat.

Atque hic ornatissimus vir, ut ad summos in jure honores sibi aditum pararet, his ipsis diebus, qualem jurisscientiam sibi comparauerit, se nobis cum rigore explorandum praebuit, tamque eximiam in capitulis juris sibi propositis interpretandi peritiam, tantamque in quaestionibus ex jure civili, ecclesiastico, feudali et judiciario enucleandis scientiae ubertatem probavit, ut scrutinium sensim in colloquium exire videretur. Verbo, talem, qualem nobis dignitatis doctoralis candidatum et Illustri auunculo cognatum gratulari possemus, quem paterno amore amplecti pergat, dignissimum.

Igitur in eo est, ut proximo Lunae die, hora a meridie secunda, in auditorio nostro l. 14. *C. d. haered. instit.* studiosis artis nostrae commilitationibus interpretetur, et insequente die Martis Dissertationem de *Legato rei alienae* a se conscriptam contra eruditorum aggressiones horis matutinis tueatur. Quibus om-

C

nibus





nibus feliciter, quod animo praecideo, peractis, ex ore collegae honoratissimi AVGVSTI CORNELII STOCKMANNI, in quem hanc facultatem contuli, supremos in jure utroque honores, iisque, modo spem in collegio nostro aliquando affidendi exemeris, annexa jura et priuilegia omnia, ipso meridie, praecua oratione, accipiet.


Haec igitur solennia vt RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, ILLVSTRISSIMI COMITES, PROCERES vtriusque reipublicae grauissimi, illustres denique, generosissimi et generosi commilitones praesentes illustrare et condecorare velitis, collegii mei et meo nomine obseruantissime rogo.

Scribeb. Lipf. Domin. Misericord. Dom. A. C. MDCCC.

EX OFFICINA SAALBACHIA.













Kd 1544

(X2258474) ✓


Kd 1544

720









PROCANCELLARIVS  
D. HENRICVS GOTTFRIEDVS  
BAVER

ORDINARIVS  
SVM MOS

IN VTROQVE IVRE HONORES  
CANDIDATO NOBILISSIMO

CAROLO AVGVSTO  
GOTTSCHALK

LEISSNIGENSI

CAVSARVM PATRONO DRES DAN.

D. XXIX. APRIL. A. G. MDCCC.

IN AVDITORIO ICTORVM  
TRIBVENDOS INDICIT.

*Praefatus Responf. CVIII. ac CIX.*

De folutis in concurfu forti inprimis inputandis, et  
De collateralis mafculo filiae in feudo promifcuae fuceffionis  
poffponendo.

32

